



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XCVII. Markgraf Ludwig verleiht der Wittve Ulrichs von Marwitz ein
Leibgedinge, am 27. November 1350.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

XCVII. Markgraf Ludwig verleiht der Wittwe Ulrichs von Marwitz ein Leibgedinge,
am 27. November 1350.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus etc., contulimus honeste matrone kunegunde, relicte vlrici de Marwitz, quondam nostri fidelis dilecti, IV mansos in villa weperczow cum omni eo iure cum quo eosdem predictus maritus suus bone memorie tenuit, cum precaria carnium et seruicio curruum, vnam libram piperis de taberna eiusdem ville annuatim tollendam, curiam in qua crescit humulus, tres solidos denariorum Brandenburg. annuatim soluentem, ibidem situatam, nec non decem collatos cum omni iure, medietate iudicii premisse ville duntaxat excepta, quam fidelis noster Henningus de Marwitz tali condicione obtinebit, quod excessus de premillis recipere sine consilio pretacte matrone et suorum amicorum non debeat et si quos excessus idem henningus de premillis reciperet, de his medietatem prenotate matrone sine contradiccione qualibet presentabit. Et presentibus conferimus singula premilla cum singulis pertinentiis quibuscunq, sicut superius exprimitur, per vite sue tempora quam diu vixerit, debiti titulo dotalicii pacifice et quiete possidenda. In cuius etc. Hasso senior, Hasso de Vchtenhagen, Hen. de Vchtenhagen, Ost, Johannes de Wedel et Otto Morner. Datum Soldin, Anno M^o. CCC^o. L^o., Sabato post katherine.

Aus Sachwitz'scher Abschrift. Dietmann's Urk.-Sammlung fol. 244.

XCVIII. Markgraf Ludwig legt dem Bernhard von Wolkow Gebungen aus Garzig bei,
am 28. November 1350.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus etc., ob conseruacionem seruiciorum fidelis Bernhardi de Wolkow, nostri dilecti, nobis hactenus exhibitorum et in antea fidelius exhibendorum, sibi suisque etc., contulimus et presentibus conferimus precariam denariorum, frumenti, ac eciam seruicium curruum super VII mansis in villa Garzick situatis, nec non cum singulis et vniuersis pertinentiis, eisdem mansis ex iure uel ex debito pertinentibus, sub modis, juribus et honoribus, quibus nos precariam et seruicium curruum pretactorum mansorum hactenus possedimus, in antea perpetuis temporibus sine inquietacione quorumlibet quiete et pacifice possidenda. In cuius etc. Testes Hasso senior et junnior, Jo. de Wedel et Otto Morner. Datum Soldin, Anno M^o. CCC^o. L^o., dominica post katherine virginis.

Aus Sachwitz'scher Abschrift.